

ad Chronicon Marmoreum.

trique ꝑ Priapis erectis illi obscæno deo originem dicuntur præbuisse, & in reditu ꝑ utriusque fratres habuere rebelles. Qui acuratius examinabunt, quæ de utrisque narrantur, eos in multis aliis inuenient convenire, ob eaque, non dubito, quin facile concessuri sint, non omnino verisimile esse, eos, quorum Historiæ in tot circumstantiis conveniunt, diversos fuisse. Sesostris igitur non Danai frater, sed illius abavus fuit, Danai enim ꝑ pater Belus, cujus mater erat Libya filia Epaphi, quem ex Io seu Ifide genuit Osiris, Sesostris etiam dictus, qui ꝑ Prometheo Deucalionis patri coævus erat. Cum igitur Deucalion anno Epochæ Marmoreæ 1310, qui est annus ætatis Mosis quartus, in Græciam venisset, inde colligitur Osiridem seu Sesostrim circa tempus, quo Israelitæ ab Ægyptiis primo afflictis fuerunt, maxime floruisse; ꝑ cum igitur hic dicatur ingentes à Nilo usque ad mare rubrum deduxisse fossas, ꝑ insignissimos eos, quos Romam transfulerunt imperatores Romani, obeliscos è montibus Arabicis excisos in urbe Heliopoli erexisse, multasque civitates, & quam plurima alia ex iis ædificiis & structuris, quæ in Ægypto diu cum stupore videbantur, condidisse, omniaque hæc opera ꝑ nullo Ægyptio ad laborem adhibito per solos servos perfecisse; tam ex his, quam ex temporis convenientia mihi satis evidenter apparet, illum Ægyptiorum regem, qui Israelitas in servorum censum redactos ꝑ tam gravi afflixit servitute, Sesostrim fuisse; ab illiusque altero nomine Ramese urbs ꝑ Rameses una earum, quas pro Ægyptiis Israelitæ condidere, appellationem videretur habuisse.

Βασιλευσιν. Ἀθηναίων Ἐριχθονίῃ. Quomodo Erichthonius expulso Amphictyone Athenarum regnum adeptus sit, supra diximus, maxime vero celebratur ob currus inventionem, & Panathenæa ab eo primo celebrata, de quibus utrisque noster Chronographus agit in sequentibus. Tribuum etiam nomina mutavit, easque, quæ prius, ꝑ Κεραναίς, Ἀττιδίς, Μεσόγαια, & Διακρίσι dicebantur, deinde ꝑ Διάδα, Ἀθηναίδα, Ποδοδονιάδα, & Ἡφαισιάδα, voluit appellari. Regnum tenuit 50 annos, illudque moriens filio Pandioni reliquit. Cetera, quæ de eo narrantur, legas in Meursii libro de regno Attico, lib. 2, cap. 1.

Ep. 10. ....δην. Παναθηναίοις τοῖς πρώτοις ἡρομένοις ἄρμα ἔζυξε ꝑ ἄρῳνα ἐδέκνυε, ꝑ Ἀθηναίς ...ον .....αι..... δειὼν Μητροῦ ἐφάνη ἐν Κυβέλλοις, ꝑ Ἰαγνίς ὁ Φρύξ αὐλὸς πρώτ. Πυρεν ἐγκ.....αννα... σφρ.....εὐδύνη Φρυγί πρώτ. ἦυλησε, ꝑ ἄλλοις νόμοις Μητροῦ, Διονύσου, Γάν, ꝑ ἔπι..... ἐτη ΧΗΗΔΔΔΠ βασιλευσιν. Ἀθηναίων Ἐριχθονίῃ τῷ τῷ ἄρμα ζύξαντ. In prima Lacuna supplet Palmerius. Ἀφ' ἧ Ἐριχθονί. ; in secunda Ἀθηναίς μετονόμασε; sed suspicor Seldenum, cum Chronicon hoc è Marmore transcripserit, hanc vocem Ἀθηναίς, ut plures alias, quoad finales literas non manifestâ lectione sed conjecturâ tantum consecutum fuisse; & etiam in syllaba ον O pro Ω legisse, non enim mihi, ut Palmerio, placet hic Ionismus, quia in ceteris Marmoris Epochis non invenitur; atque ideo potius legerem, ꝑ Ἀθηναῖα μετονόμασε. Panathenæa enim, cum in ꝑ Minervæ honorem primo instituta fuissent, à deæ nomine ꝑ Ἀθηναῖα non Παναθηναῖα dicebantur, eaque tandem in omni fere per totam Atticam vico quorannis celebrata futere. Postea vero cum ꝑ Thefeus omnes horum vicorum incolas in unam urbem congregasset, pro multisque illis festis instituisset, ut unum commune ab omnibus Atticæ incolis Athenis celebraretur, ab eo tempore quæ prius

ꝑ Herodot. lib. 2. Diodor. lib. 1. Plutarchus in Ifide. ꝑ Diodor. Sic. lib. 1. Manetho apud Josephum contra Appionem, lib. 1. & Theophilum ad Autolyceum, lib. 3. ꝑ Apollodor. lib. 2. & 3. ꝑ Diodorus Siculus lib. 1. Phavorinus in Περίηγησις. Scholiastes Apollonii Rhodii. ꝑ Diodor. Sic. lib. 1. ꝑ P. Inius lib. 36 cap. 9. Diodor. ib. ꝑ Diodor. lib. 1. ꝑ Lege Exodi initium. ꝑ Lege Exodi cap. 1. com. 11. & cap. 12. com. 37. ꝑ Pollux lib. 8. c. 9. sect. 31. ꝑ Pollux ib. ꝑ Pollux lib. 1. c. 1. sect. 32. Scholiastes Euripidis ad Hecubam. Theodor. Therapeut. lib. 8. Libanius Decl. 14. ꝑ Harpocration in Παναθηναῖα, & Suidas ad eandem vocem. Pausanias in Arcadicis. ꝑ Plutarchus in vita Thefei. Pausanias in Arcadiis. Euripidis Scholiastes ad Hecubam.

Ἀθῆναι